Sexaginta sex florenorum et grossorum viginti polon. ra-
634 tione veri et iusti Dotalitij in et super tota et inte-
gra medietate bonorum suorum generaliter omnium
mobilium et immobilium summarumque quarumvis pe-
cuniarum nec non auri argenti Clenodiorum vestium ve-
stimentorum equorum equitiorum pecorum pecudumque
stanni cupri orichalci ac totius supellectilis domesticae
nunc habitae et in post habendae dat donat dotalici-
at inscribit et reformat prout praesentibus dedit do-
tavit dotalitiavit inscripsit et reformavit Per
ipsi ipsiusque posteris medietatem bonorum praefatorum
modo praemisso Reformatorum cum omni praemissorum
Jure dominio et proprietate cumque omnibus et sin-
gulis medietatis bonorum praefatorum utilitatibus
fructibus proventibus redditibus emolumentis ob-
ventionibus attinentiisque et pertinentiis generaliter
universis tenendi habendi possidendi illisque qui-
ete et pacifice utifruendi et ad usus suos suorumque
successorum pro tunc beneplacitus libere et effe-
ctualiter convertendi vigore aliarum Reforma-
tionum hactenus et dictis in Regno observa-
ri solitarum Hac sua praesenti personali Reco-
gnitione ad praemissa mediante.

Bzowski et Zernickie Coniuges Intercisam Roborant.

Comparentes personaliter Coram Officio Actisq[ue] praesen[tibus] Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premislien[sibus] Generosi Nicolaus Bzow 635
ski ab una et Gregorius Zemicki atq[ue] Catherina
Dwnikowska Coniuges Leoni partibus ab altera
et quidem Consors cum assistentia Mariti sui Vi
-delicet Coniugalis et Idoneo ad infrascrip[tam] reco-
gnoscenda Consente sani mentibus et Corporibus
existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus atq[ue] suis
quibusuis proprijs et Competentibus recedendo
Praesenti vero Castren[si] Capitan[eali] Premislien[si] Jurisdicti-
oni quoad actum praesentem attinet se cum Successoribus
ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et ple-
narie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere
publice ac personaliter recognouerunt et quili-
bet Illorum seorsim suo pro interesse recognouit.
Quia ipsi sibi mutuo et invicem Una Pars alteri ac
posteris utriusq[ue] Partis se ac suos successores uel
super bonis suis generaliter omnibus ac summis
pecuniarijs quibusuis habitis et habendis inscribunt
et obligant praesentibus Intercisam certam inter se
Recognoscentes ratione certarum rerum et Conditi[onum]
Recognoscentes ratione certarum rerum et Conditi[onum]
omnium in eadem Intercisa contentarum de actu ac
data Mius hic Premisliae die decima Sexta Febru-
arij anno praesenti conscriptam manibus praefati Generosi
Bzowski propria pro interesse vero Zemichich
Coniugum Uti scribere ignorantium Generosi Matthis
Brewicki Subscriptam in omnibus eiusdem Intercisis
Conditionibus punctis Clausulis articulis vadio

ligamentis ac rebus generaliter universis firmiter
636 tenere complere exequi ac inviolabiliter obser-
vare omnibusque et singulis illius contentis tam
in parte quam in toto toties quoties opus fuerit
satisfacere Intercisam praefatam ad Inscriptionem prae-
sentem roboratoriam et Inscriptionem praesentem ad praefa-
tam Intercisam vicissim in toto referendo Idque sub
vadio sexcentorum florenorum polonicalium per partem parti
cum successoribus utriusque partis ob non complectionem
contentorum Intercisae praefatae omnium et singulorum
tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit
ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio
modo praemisso ad solvendum succumbit ac re aliqua
puncti ex contentis Intercisae praefatae non completa
complenda citata existente Pars una praemissa non tenens
sive illius successores ad instantiam partis alterius
praemissa tenentis vel eius posterorum Ad Officium
praesens Castrense Capitaneale Premisliense Extunc recepto su-
pradicto quoad respondendum spectat mediante sem-
per in primo citationis termino tanquam peren-
ptorio stare Iuri parere respondere vadium prae-
tactum luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne
iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos
successores ad eadem omnia inscribit et obligat
praesentibus Illum terminum primum peremptorium
Ut et alios omnes exinde consequentes causae
eiusdem terminos semper peremptorios vera
infirmitate pro maiori minorennitate furiosa
Legatione intra vel extra Regnum Servitio Militari
ad munimenta ad Evictorem vel alijs quibusvis

dilationibus

Dilationibus et legatibus impedimentis non differendo. Ad quietationem praefata ultra praefatos Officii praefati Castren Premislien terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones protestationes ac earum exemptiones faciendo omissisque omnia penis simplicibus vel duplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Juris Praescriptione Temporis Bello Contentionesque ac alys quibusvis Juris remedys et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante. 637

Brewickich Coniugum Mutua Advitalitas.

Comparentes personaliter Coram Officio Actisque praesentibus Castren Capitaneali Premislien Generosi Matthias Brewicki et Elisabeth de Wsko Coniuges legitimi Marchi et ... quidem solus per se Consors vero cum eiusdem ... Sui Tutoris Coniugalis assistentia et ... nevo ad infrascripta recognoscenda Consentientes sani mentibus et Corporibus existentes a Terrestribus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesentis ... Castren Capitaneali Premislien Jurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter ... totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per